

**Exod. 19. 13.* *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. 21. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus.

22. Sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, & multorum millium Angelorum frequentiam,

23. & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum,

24. & testamenti novi mediatorum Iesum, & sanguinis asperisionem melius loquentem quam Abel.

25. Videte ne recusatis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de caelis loquentem nobis avertimus.

26. cuius vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: * Adhuc semel: & ego movebo non solum terram, sed & caelum.

27. Quod autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilitatem translationem tamquam factorum, ut maneat ea, quae sunt immobilia.

28. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu & reverentia.

29. * Etenim Deus noster ignis consumens est.

**Deut. 4. 24.*

CAPUT XIII.

Exhortatio ad virtutes vere Christianas; ad charitatem in peregrinos, & afflictos; ad castitatem, obedientiam.

1. **C**HARITAS fraternitatis maneat in vobis.

2. * Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim * latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis.

3. Mementote vincitorum, tamquam simul victi: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.

4. Honorabile connubium in omnibus, & thorax immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus.

5. Sint mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: * Non te deseram, neque derelinquam.

** Iosue 1. 5.*

6. ita ut confidenter dicamus: * Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

** Psalm. 117. 6.*

7. Mementote praepositorum vestrorum,

qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitami fidem.

8. Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in saecula.

9. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quae non profuerunt ambulantibus in eis.

10. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.

11. * Quorum enim animalium infertur * *Lev. 16. 27.* sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.

12. Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

13. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.

14. * Non enim habemus hic manentem * *Mich. 2. 10.* civitatem, sed futuram inquirimus.

15. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.

16. Beneficentiae autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

17. Obedite praepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

18. Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari.

19. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quod celarius restituatur vobis.

20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti aeterni, Dominum nostrum Iesum Christum,

21. appet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

22. Rogo autem vos fratres, ut suffertis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis.

23. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celarius venerit) videbo vos.

24. Salutate omnes praepositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

25. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

EPI-

EPISTOLA CATHOLICA B. IACOBI APOSTOLI.

SEPTEM quae sequuntur Epistola, Canonica vulgo vocantur, sive quod aequae ac Paulinae, ad Canonem pertineant librorum sacrorum; sive quia Canones, id est regulas ac Praecepta insituenda vitae Christianae contineant. Olim tamen Catholicae potius vocabantur, id est universales, quod non ad unam civitatem vel personam, sed ad omnes ubique dispersos fideles scriptae sint; si tamen secundam ac tertiam Ioannis excipias, ad singulares homines missas. Generale harum Epistolarum argumentum est ut Christianos mores informet, & adversus nascentes hereses Simonis & Nicolai ac similium, qui fidem sine operibus satis esse ad salutem praedicabant, Pauli etiam quibusdam locis abutentes, fideles muniant, bonorum operum necessitatem doceant.

IACOBI esse hanc Epistolam frons ipsa loquitur; sed cuius Iacobi, an eius qui filius Zebedaei frater Ioannis fuit, an illius qui Alphaei filius & frater Iudae, dubitare quidam. At Hieronymus (a) Iacobum fratrem Ioannis auctorem esse huius Epistolae disertè negat. Et verò, sicut docet Irenaeus, (b) serò ceperunt Apostoli doctrinam suam litteris consignare, principio intenti praedicationi verbi, ut illud inscriberent cordibus discipulorum; Iacobus verò ille citò occisus est ab Herode, ut habetur Act. 12. anno circiter post Christi mortem nono. Deinde haec Epistola, sicut & alia Catholica, dirigit intentionem, quemadmodum loquitur Augustinus, contra eos qui Pauli quibusdam sententiis abutebantur. Atqui vivente Iacobo illo, Paulus nondum Gentibus ceperat praedicare, nedum scribere. Ergo huius Epistolae auctor est alter ille Iacobus Ierosolymitanae Ecclesiae Episcopus, qui inter columnas à Paulo nominatur ad Gal. 2. cuius iniusta cadi, everisionem Ierosolymorum adscribit Iosephus.

(a) In c. 1. Epist. ad Galat. (b) Lib. 3. advers. haeres. c. 1.

Est autem haec Epistola argumento multiplex, multis variisque praecipis referta. Duo tamen agit praecipua. Primum ut Christianos ad modestiam erudiat, à vana confidentia revocet, & ad perendam à Deo sapientiam hortetur. Alterum ut doceat fidem sine operibus nihil ad salutem prodesse, contra quod iactabant Simoniani recentes tum haeretici.

CAPUT PRIMUM.

In adversus gaudendum. Postulanda à Deo sapientia; cum fide orandum; de paupertate, de frenanda lingua; factores legis iustificantur, non auditores tantum: vera religionis nota.

Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi servus, duodecim tribubus, quae sunt in dispersione, salutem.

2. * Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:

3. * scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur.

4. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes.

5. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

6. * Postulet autem in fide nihil haesitans: qui enim haesitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur.

** Rom. 5. 3.*

** Matth. 7. 7. & 21. 22.*

Marc. 11. 24.

Luc. 11. 9.

Ioann. 14. 13. & 16. 23. 24.

7. non ergo aestimet homo ille quod accipiat aliquid à Domino.

8. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

9. Gloriatur autem frater humilis in exaltatione sua:

10. dives autem in humilitate sua, * quoniam sicut flos sceni transibit: ** Eccl. 14. 18.*

11. exortus est enim sol cum ardore, & arefecit scenum, & flos eius decidit, & decor vultus eius depéruit: ita & dives in itineribus suis marcéscet. *Ios. 40. 6. 1. Petr. 1. 24.*

12. * Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. ** Iob 5. 17.*

13. Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem néminem tentat.

14. Unusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illéctus.

15. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem.

16. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.

Hhhh 3 17. Om-

† DOM. 4.
P O S T
PASCH.

17. † Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

18. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. ^A

* Prov. 17.
27.

19. Scitis fratres mei dilectissimi. * Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

20. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur.

21. Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. ^A

* Matth. 7.
21. & 24.

22. * † Estote autem factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos.

† DOM. 5.
P O S T
PASCH.

23. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo:

24. consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.

25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor oblivisus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.

27. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. ^A

CAPUT II.

Fides non admittit personarum acceptiōnem. Lex in nullo violanda. Fides sine operibus est inanis.

Levit. 19.
15.

1. **F**Ratres mei, nolite in personarum acceptiōne habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.

Deuter. 1.
17. & 16.
19.

2. Etenim si introierit in convēntum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu,

Prov. 24.
23.
Eccl. 42.
1.

3. & intendatis in eum, qui indutus est veste præclarâ, & dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic; aut sede sub scabello pedum meorum:

4. nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

5. Audite fratres mei dilectissimi, nonne

Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod promisit Deus diligentibus se?

6. Vos autem exonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia?

7. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super vos?

8. Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas: * Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis:

9. si * autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores:

10. * Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

11. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

12. Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

13. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.

14. Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?

15. * Si autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano,

16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?

17. Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

18. Sed dicit quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

19. Tu credis quoniam unus est Deus: Bene facis: & demones credunt, & contremiscunt.

20. Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?

21. * Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

22. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

23. Et supplēta est Scriptura, dicens: * Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.

24. Vi-

* Lev. 19.
18.

Matth. 22.
39.

Marc. 12.
31.

Rom. 13. 9.
Gal. 5. 14.

* Supr. 1.
Levit. 19.
15.

* Deut. 1.
18.

Matth. 5.
19.

* 1. Ioann.
3. 17.

* Gen. 22.
9.

* Gen. 15.
6.

Rom. 4. 3.
Gal. 3. 6.

24. Vidētis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?

* Ios. 2. 4. 25. Similiter * & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuncios, & alia via ejiciens?

26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

CAPUT III.

Quæ mala affert lingua præceps. Fructus davori convenit. Sapiētia, alia terrēna, alia divina est.

1. **N**olite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.

2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. potest etiam freno circumducere totum corpus.

3. Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

4. Ecce & naves, cum magnæ sint, & ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit.

5. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit!

6. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata à gehēna.

7. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt à natura humana:

8. linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.

9. In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amarum aquam?

12. Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque falsa dulcem potest facere aquam.

13. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientia.

14. Quod si zelum amarum habetis, &

contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem.

15. non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrēna, animalis, diabólica.

16. Ubi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus pravum.

17. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

18. Fructus autem iustitiæ, in pace feminantur, facientibus pacem.

CAPUT IV.

Contentiones omnes ex concupiscētia, quæ malorum omnium est origo. Fugiēda detrahctio, & superbia. Cavēdum à iudiciis temerariis.

1. **U**nde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscētiis vestris, quæ militant in membris vestris?

2. Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis.

3. Petitis, & non accipitis: eod quod male petatis: ut in concupiscētiis vestris infumatis.

4. Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.

5. An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?

6. Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: * Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

7. Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.

8. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

9. Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem.

10. * Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.

11. Nolite detrahēre alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem.

* Prov. 3.
34.

1. Pet. 5. 5.

* 1. Petr. 5.
6.